



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 50. Cæsar, atque Angliæ Rex ad hoc fœdus sollicitati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

§. L.

Sæcul. XVI.
A.C. 1511.*Cœsar atque Angliæ Rex ad hoc fœdus sollicitati.*

Quamvis Imperator hoc fœdere comprehendи renueret, nihilominus hanc armorum societatem nonnisi ex ejus sententia fuisse firmatam, secretiori articulo palam declarabat, quinimo in fœderis partem, si accedere vellet, vocabatur, nec quidem Galliarum Regis nomen ibidem exprimebatur, satis tamen aperte indicabatur, illum sub nomine defensoris eorum, qui beneficiarias Ecclesiæ urbes possiderent, quales erant Bentivolii ac Ferrarensis Dux, comprehendendi. Henricus vero Angliæ Rex disertis verbis nominatus, huic societati nomen dare sollicitabatur: cum autem Rex ille Julii Pontificis jura se tueri palam profiteretur, haud levem in eo spem collocabat Pontifex, auxitque fiduciam Gallos debellandi ardor Anglicæ Nationi ex primævo naturæ genio tam potenter inditus, ut cuncta retro fœcula nonnullum unicum, idque sub Richardo III. referant factum, quo Angliæ subditi ad arma Gallis infrena suppetias toties ab eorum Regibus exactas dare recusabant. Aliunde Henricus VIII. eo tempore omnes Christianos Principes perfecta submissione erga Seden

Sæcul. XVI. dem Apostolicam superare certabat, nec
A.C. 1511. deerant Regi immensæ, quas ei Pater
Marian. lib. suus reliquerat, divitiae, quarum ope
30. n. 19. magnos ausus aggredi potens erat. Idem
Raynald. ad quoque Legatum extraordinarium in Gal-
ann. 1511. lias decreverat, dato negotio, ut cum
n. 51. Cabanilla Hispaniæ Legato consilia con-
Pollyd. ferret, atque ambo Ludovico Galliarum
Virg. lib. 27. Regi porrecto libello significant, ut Bo-
Ferron. in noniam restitueret: ei autem rem adeo
Lud. XII. æquam renuenti nunciarent, Regem An-
 gliaæ filialis observantiæ legibus obstringi,
 ut sacram Sedem in suam fidem accipe-
 ret, ejusque auctoritatem tueretur. Haæ
 minæ perinde erant, ac si bellum nuncia-
 retur. His Galliarum Rex haud parum
 concitatus, utrique sine ambage respon-
 dit: ego non minori facilitate Bononi-
 am conservabo, ac hucusque Mediola-
 num propugnavi, atque hisce minis mi-
 nus nihilo terreor, & rem bello decernere
 paratus sum: illius discrimen, quando-
 cunque experiri voluerint vestri Reges, il-
 lorum arbitrio relinquo.

§. LI.

*Papa belli initium a Florentiæ expug-
 natione duci peroptans.*

Nihilominus Galliarum Rex non nihil
 anxius hærebatur, dum bellicos fœ-
 deratorum apparatus, initæque societa-
 tis